Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 297
Quelle:
Copyright:

excommunicacionis majoris excerpti a summa (Bartholom. de S. Concordio O. P.) *Pisani*, cum mantissa ulteriorum Adnotationum. Qui a N. II. hactenus relata, nulla ratione iis, quae sub artis typographicae primordia ad conscientiarum directionem vulgata sunt, inferiora adtentius inspexerit, fatebitur, oportet, Seculo XV. non institutionem in scitu necessariis et opportunis ad salutem hominibus, sed homines institutioni defuisse.

V. *fol.* 300. Συλλογη *Sermonum* in Evangelia Dominicarum; primum aliquot *de Adventu*, dein *post Epiphaniam*, tum *post Pentecosten*, demum absque inscriptione *de duobus Praeceptis Caritatis*, qui postremi saltem videri possint *Nicolai de Dünkelspühl*, cum de eadem materia extet ejus *Tractatus I.* in edit. *Argentinensi* 1516. f.

VI. *fol.* 336. p. 2. *Incipiunt sermones de septem donis spiritus sancti Collecti per venerabilem magistrum dominum Nicolaum de dinkelspüchel Sacre theologie professorem.* Sunt numero VIII. et primus incipit: *Egredietur uirga de radice yesse* &c. If. XI. *Ex hac auctoritate et alijs sacre scripture et sanctorum constat* &c. Memorantur *Sermones* hi *mss.* T. I. *Scriptt. Univ. Vien.* p. 94. In Codice adhaeret *Sermo* de Eucharistia *ad Honorabiles patres et dominos ceterosque fratres* in illud Luc. 14. *Homo quidam fecit cenam magnam* &c. fors *Mellici* habitus.

CXCVI.

Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 248. f. per duas columnas exaratus, rubricis pernotatus, et olim, ut *foll.* 2. et 196. notatur: *Domus Porte beate Marie virginis in Axpach ordinis Carthusien. prouincie Austrie fundacionis Domini Haydenrici de Meyssaw nobilis baronis*, continet *Commentaria Haimonis* Sec. IX. *Halberstadiens.* Episcopi in omnes D. *Pauli Epistolas*, et quidem magis integra, quam in Exemplo, quod *Vol.* I. P. 1. *col.* 309. exhibui, et, quod ad ordinem adtinet, conformia Editioni *Paris.* 1550. 8. quacum contendi. Initium est: *A Chorintho ciuitate Metropoli Achaye regionis scripsit apostolus paulus Romanis* &c. Finis: *ad contemplationem superne visionis christo duce pertingere mereamur.* Nomen Autoris non nisi recenti manu Codici praescriptum est. R. 3030

CXCVII.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 226. f. maj. pereleganter exaratus, et rubricis insignis, absque ullo Titulo est Expositio sive *Glossa* dicta *Magistralis* a Compilatore *Magistro Sententiarum* seu *Petro Lombardo* Doctore et Episcopo *Parisino* Sec. XII. in omnes D. *Pauli Epistolas* ita ordinata, ut Textus Apostoli charactere luculento columnam angustam interiorem, Expositio ipsa minutius perscripta latam exterio- U. 10